Lēctiō	prīma	In	prīncipiō	Chaŏs	erat.	Postĕā	Ămor	mundum	creat.	Terra	Māter	facta

est.	Haec	Terra	Māter	est.	Ūrănus	factus	est.	Hic	Ūrănus	est.	Terrae	Ūrănique		fīliī	sunt	Tītānī	et

mōnstra	multa.	Et	Ōceanus	et	Īapĕtus	et	Sāturnus	Tītānī	sunt.	Ŭxor	Sāturnī	Rhea	est.	Sāturnus	auxiliō

Terrae	Ūrănum	vincit	et	rēgnum	tenet.	Sāturnus	fātum	suum	timet,	ergō	fīliōs	fīliāsque	dēvorat.	Fīliae

Vesta,	Cĕrēs	et	Iūnō	sunt.	Et	fīliī	Plūtō	et	Neptūnus	sunt.	Ĭtă	Rhea	fīliōs	fīliāsque	āmittit.	Rhea	māter

misera	est.	Ūrănus	et	Terra	Māter	cōnsĭlium	Rheae	dant,	et	Rhea	cōnsĭlium	audit,	ergō	prō	fīliō	nŏvō

saxum	mărītō	dat.	Ecce,	Sātŭrnus	saxum	dēvorat.	Rhea	in	Crētā	fīlium	parvum	condit.	Posteā	Iuppiter

(Sāturnī	fīlius	Rheaeque)	Sāturnum	vincit.	Post	saxum	Sāturnus	fīliōs	fīliāsque	in	aurās	reddit.	Ecce:

Neptūnus,	Plūtō,	Iūnō	Cĕrēs,	Vesta.	Ergō	Iuppiter	rēgnum	tenet.	Neptūnus	aquās	rĕgit,	Plūtō	infĕrōrum

dŏminus	est.	Deă	Vĕnus	ex	undīs	facta	est.	Iovĭs	ŭxor	Iūnō	est.	Iuppiter	et	Iūnō	fīlium	habent.	Hīc

Mārs	est.	Iuppiter	fīliam	hăbet:	deam	Minervam.	Et	Iūnō	fīlium	hăbet:	deum	Vulcānum.	Iuppiter	et

aliter	multōs	fīliōs	fīliāsque	habet.	Ecce,	fīliī	sunt:	Ăpollō,	Mercŭrius,	Līber	(sīve	Bacchus),	fīlia	est

Dīānă.	Apollō	et	Dīānă	geminī	sunt.	Duŏdecim	deī	in	Olympō	sedent:	Iūnō,	Vestă,	Mĭnervă,	Cĕrēs,

Dīānă,	Vĕnŭs,	Mārs,	Mercŭrĭus,	Iŏvĭ(s),	Neptūnus,	Vulcānŭs,	Ăpollō.	Fīliī	Iăpetī	sunt:	Prŏmētheus,

Epimētheus	et	Atlās.	Promētheus	vĭrum	crĕat,	sed	Vulcānus	fēminam.	Vĭrī	prīmī	deōs	non	timent.

Impiī	sunt.	Ergō	Iuppiter	terram	dīluviō	dēlet.	Fīlius	Prŏmētheī,	Deucaliōn,	vĭr	pius	et	ŭxor	Pyrrha,

fīlia	Epimētheī	populōs	post	dīluviūm	reparant.